

peruenire Et sic truncatis capitibus  
ad dominum migrauerunt Post  
hoc iussit preses sibi Blasium pre  
sentari Et dixit ei Vel nunc adoras  
teos vel non. Cui Blasius Impie  
non timeo minas tuas age vt vis  
Corpus enim meum penitus tibi  
trado Tunc iussit eum mitti in stag  
num Ipse vero aquam signauit  
mox sicut arida fixa permanfit.  
Dixitq; Si veri dii vestri ostendite  
virtutem eorum et ingrediamini  
huc Ingressiq; stagnum. lxx. vi  
ri continuo sunt submersi. Ange  
lus autem domini descendens dixit  
ei Egredere Blasii et corona; tibi  
a deo paratam suscipe Cuiq; exis  
set dixit ad eum preses. Omnino  
deceuiisti non adorare teos. Aut  
sine ulteriori aliqua oblatione diis  
sacrifica vt vinas. aut sententia  
capitali mox te afficiam quod vlti  
e duobus elige. Cui dicit Blasii  
filius. Cognosce miser. qd christi fi  
lius sum nec demones adoro et sta  
tim iussit eum decollari Ipse aute  
m orauit ad dominum vt quicumq;  
pro infirmitate gutturis vel qua  
cumq; infirmitate eius patrocinia  
postularet exaudiri continuo me  
reretur Et ecce vox de celis ad eum  
venit dicens qd sic fieret vt orauit  
Sicq; cum duobus puerulis decol  
latus est. Floruit circa annos do  
mini. CCCCxxvij.

**De Rommis interpretatione.**

**A**gatha dicitur ab agros qd  
est sanctus et theos quod e  
us quasi sancta dei Tria enim sunt  
sicut dicit Crisostomus. que san

ctum faciunt. que quidem perfecte  
fuerunt in Agatha scilicet cordis  
mundicia spiritus sancti presentia  
et bonorum operum affluentia.  
Vel dicitur ab a quod est sine et  
geos terra et theos deus quasi dea  
sine terra. id est sine amore terre  
noxum. Vel ab aga quod est lo  
quens et thau confirmatio quasi  
confirmatio et perfecte loquens qd  
patet in suis responsis. Vel ab a  
gath quod est seruitus et ch aas  
superior quasi seruitus superior Et  
hoc propter illud qd dixit Summa  
ingenuitas ista est in qua christi  
seruitus probatur. Vel ab aga  
quod est sollempnis et thau con  
firmatio quasi sollempniter consu  
mata id est sepulta. Qd patet in  
angelis qui eam sepelierunt.

**De sancta Agatha virgine.**

**A**gatha virgo ingenua  
mente et corpore pulch  
rissima in vrbe Cathanen  
sum deum semper in omni sancti  
tate colebat. Quincianus autem  
consularis Sicilie. cum esset igno  
bilis libidinosus auarus et ydo  
lis deditus. beatam Agatham com  
prehendere nitentur. vt quia eas  
ignobilis; comprehendere nobi  
lem conabatur. quia libidinosus  
eius pulchritudine frueretur.  
quia auarus eius diuitias raperet.  
quia ydolatra: diuinitas face  
ret ymolari. Fecitq; eas ad se ad  
duci Que cum abducta esset a ei  
immobile positum conuenit.  
Quincianus tradidit eam iudici